Fragmentarium

S ad filios homi num. Qui au.

Sapientia clamitat in plateis si quis diligit sapi
entiam ad me declinet et eam inuenit et eam dum inuenerit
beatus est si tenuerit eam. A Sapientia edificauit sibi domum
excidit columnas septem subdidit sibi gentes superborumque
et sublimium colla propria uirtute calcauit. A Omnis sapien
tia a domino deo est et cum illo fuit semp(er) et est ante eum [illegible] ae.
A Ego in altissimis habito et thronus meus in columna nubis.
A Sicut malum inter ligna siluarum sic dilectus meus inter
filias aeuia. A Dominus possedit me in initio uiarum suarum
ante quam quicquam faceret a principio nec dum erant
abyssi et ego parturiebar quando pre[illegible]arabat celos aderam
cum eo componens omnia. A Prebe fili cor tuum michi [illegible]li
tui uideant equitates ut addatur gratia capiti [illegible].
A Magna enim sunt iudicia tua domine et inenarrabilia
uerba tua magnificasti populum tuum et honorasti.

Per duos dnicos dies. q(ui) p(ri)mi in sept(embris) occurrit. de libro Iob

Fragm. 604

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, , Fragm_604_1v – Antiphonarium
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-w4m4/2831/32433)